



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Anno M.D.LVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

& in Academia Professor esset, & in præsens
vellet opera eius in Colloquio, quod instaba
mitti nequaquam posse.

1557.
Cogitur in-
teresse Collo-
quio: & est
primus inter
Theologos.

Obedientia
confidit.

Paulo post initium anni 1557. institutū Co-
loquium est. Duos Episcopos Catholicos, & qui-
que Theologos Ferdinandus Rex nominavit: pri-
musq; inter Theologos locus Canisio datus. Co-
piebat ea via Rex sincerè edoceri, num qua dem-
posset controuersorum dogmatum conciliatio
ac consensus reperiri, salua Apostolicæ sedis Ma-
iestate: vel certe, quo pacto aduersariorum fra-
des dissolui, rationesque fallaces refutari possent.
Cardinalis Augustanus, cuius obseruare nutus
Pontifex Canisium in omnes partes iusserat, ex-
stimauit omnino subeundam illi eam provin-
ciam, vt opponeret se aduersariorum conatibus
ideoq; à Pontifice petiit, cōfirmare vt eam lectio-
nem vellet, quando aliter ingruenti malo obstiti-
nequiret. Canisius autem, quamuis minimè ido-
neum se profiteretur ad cetera; nec quicquam es-
set tam graue, quod nō subire mallet, quam eius
modi implicatissimas causas attingere, tamen in
Christi nomine, & obedientiæ virtute spem, & fi-
duciam collocabat. Sic enim Iacobo Lainio, qui

Vica